



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

6. Septembris. 8. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314



6. Septembris. 8. Idus.

Floruit **B. MICHAEL** monache Hemmen-
circa rodensis: qui seculo illo aureo flo-
annum ruisti, quo Cistercium primæva ferti-
 1222. litate exuberans, suis liliis paradisum
 coelestem catervatim implevit. His te
 esse confertum, B. Isembarto divinitus
 innotuit, dum cœlesti contemplatio-
 ne supra sensuum caliginem elevatus,
 te in illis civitatis supernæ hortis su-
 pra omnem humani decoris celsitudi-


Triples nem splendere vidit. Idem spectator tu-
animæ us à te edoctus dicere solebat: Tria es-
pestis. se venena, quæ florem innocentæ in
 anima passim, vulgatâ jam nimium
 peste extinguant: Desideria nimirum
 terrena; Negligentiam in cultu DEI,
 linguæ denique & gulæ intemperanti-
 am. *His fœtentibus morbis ne labores ani-
 ma mea, tu meritorum tuorum remedi-
 me aut ægrum sana, aut sanum præserva.*

Floruit **B. JOANNES**, Archiepiscopo Lug-
anno dunensis: qui deductum ex Comitum
 1202. sanguine genus virtutum comitatu
 effecisti tam illustre, ut Ecclesiæ Galli-
 canæ certatim sacras tibi Fasces offer-
 rent. Prima fuit Pataviensis: Narbo-
 na deinde vix te receperat, cum Lug-
 dunum te in Archiepiscopali sede col-
 locavit.

locavit. Adjunxit huic honori Julius II. titulum Legati Apostolici. Restabat aliquid; his omnibus haud paulò sublimius, generosa divitiarum ac dignitatum abjectio: quam meritò mirata est Francia, cùm te vidit è tanto fastùs humani fastigio descendentem ad tam gratam Cœlo, quàm Mundo invisam Clarævallis paupertatem. Ibi tamen invenisti, quam omnes optare solemus magis quàm quærere, expeditam ad cœlos viam. In suprema illa *Honores & opes abjicit.* *Vanitatem* *mors a-* *perit.* *morsis imminensis angustia prodit sese rerum terrenarum vanissima vanitas: tunc desideria cæca suam cernunt stultitiam, & execrantur. Felix, qui generoso contemptu timores istos prævertit.*

S. BERNARDUS, ser. 4. de Adv.

Filij Adam, genus avarum & ambitiosum, audite: Quid vobis cum terrenis divitiis, & gloria temporali, quæ nec vera sunt, nec vestra sunt? *Divitiarum vanitas*



7. Septembris. 7. Idus.

B. EDMUNDE, monache Pontigni-Floruaci, altiorum scientiarum peritiâ isse vipercelebris: quam ad commune S. Ordinis commodum, maximè verò ad circa ã.

Kk 3

Augustis-1200.